QUAEDAM DE

COLLI LAESIONIBUS.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO-FORENSIS,

QUAM

ONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,

UT SUMMI

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR,

IE XXII. M. SEPTEMBRIS A. MDCCCXXIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

AROLUS FERDIN. TSCHIERSCHKI

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

SOMMER, MED. DR.

BELTZ, MED. DR.

GROSHEIM, MED. DR.

FORMIS BRÜSCHCKIANIS.

VIRO

ILLUSTRISSIMO GENEOSISSIMO

DE ELSNER

REGIS BORUSSICI PRAEFECTO TURMAE EQUESTRIS

FAUTORI SUMME VENERANDO

DISSERTATIONEM HANC TAMQUAM

SINCERRIMAE OBSERVANTIAE

GRATISSIMIQUE ANIMI TESTEM

D. D. D.

AUCTOR.

Iultifariae laesionum, respectu lethalitatis, di-
siones, ab autoribus propositae, infinita no-
onum ratio, et aberratio non evitanda in his
scribendis, nonnullarum legislationum proferen-
rum ansam praebuerunt: ut medico enim fo-
nsi omni tempore certae proponantur quaestio-
s, quibus in omnibus, qui occurrunt, casibus,
spondeat. Scilicet paragraphus 169 ordinis cri-
inalis regii borussici, autore Doct. Kausch 1),
consiliis in collegio medico supremo, viro de
thropologia forensi optime merito, statuit, ut
omnibus exemplis, ubi gradus lethalitatis lae-

) Koops Jahrbuch der Staatsarzneikunde, 6. Jahrg. pag. 176.

sionis cuinsvis determinandus fuerit, quaestionibus his satisfiat:

1) Ob die Verletzung so beschaffen sei, dass sie unbedingt und unter allen Umständen, in dem Alter des Verletzten für sich allein den Tod zur Folge haben müsse?

Id quod sibi vult: utrum laesio absolute lethalis sit?

2) Ob sie iu dem Alter des Verletzten, nach dessen individueller Beschaffenheit für sich allein den Tod zur Folge haben müsse?

Id est, utrum sit lethalis pro individuo?

3) Ob sie in dem Alter des Verstorbenen, entweder aus Mangel eines zur Heilung erforderlichen Umstandes (accidens), oder durch Zutritt einer äussern Schädlichkeit den Tod zur Folge gehabt habe?

In iudicis verba translatum:

utrum laesio per se, an per accidens lethalis fuerit?

Ne in sequentibus latius videar, liceat, iisdem formulis brevibus uti, quas in quaque quaestione adieci, ut quae verum sensum accurate et succincte reddunt.

Supervacaneum sane foret, probatu, omnes laesiones in genere sub divisionum harum titulis ordinari posse, singulasque, vel sub uno, vel sub altero titulorum istorum locum invenire.

Attamen adhuc res externae, quae neutiquam um laesione coniunctae sunt, adesse possunt, uae gradus periculi intermedios constituunt, onnino alienos a divisione supra memorata, in prinipio indolis laesionum vel sanabilis, vel haud anabilis, innitente, qui tamen iudici, ut culam laedentis recte iusteque demetiri possit, maimi sunt momenti. Huc v. c. sunt referenda uxilium necessarium vel praesens, vel absens, ccessus phaenomenorum, certis quibusdam laeionibus peculiarium et talia.

Quae cum ita sint, plures medici forenses tuduerunt, propriis vocibus gradus hosce internedios exactius insignire, ut certitudini magis ccedant, atque levent, quod est iudicis officium. At omisso horum graduum numero, qui infinitus sse potest, studium istud legis limites transilire videtur, quin gratiam inde et fructum capiat.

Quodsi medicus forensis laesionem praesenem divisioni cuidam superiori subdit, exponitquê erspicue in sententia, quam adiicere debet, quius de causis modisque, mors in praesente casu, oc nec alio modo sequi oportebat, facile iudex d suum scopum necessaria et perspicua videbit, tque culpam inde laedentis intelliget.

Qua re non necesse esse videtur, multos isos gradus verbis designare, idque vel magis, uum ab his et illis autoribus accepti, errores et

discordiam advehant; id quod ex egregia expositione Doctoris Trüstedt 1) elucet.

Exemplum a laesionibus carotidis communis aptum petere licet, unde quae dicta sunt, clariora redduntur. Consentiunt enim scriptores recentiores, id genus laesiones, cum exempla sint, carotidis communis, fausto eventu subligatae, haud absolute lethales aestimari posse; ut vero significetur, hanc laesionem gradum periculi maiorem agnoscere, quam aliae, quae vulgo lethales per se nuncupantur; illorum scriptorum quidam, de quo sermo fit, laesionem nuncupat individualiter absolute lethalem, propterea quod rebus faventibus auxilium ferri possit. Falsam esse hanc denominationem e ratione adiecta facile intelligitur; res enim faventes vel deficientes, vel praesentes non ad vulneratum ipsum pertinent, ideoque ad individuum referri nequeunt, praecipue cum iam supra in quaestione secunda sit dictum, sub qualitate individuali solummodo qualitatem corporis comprehendendam esse. Alius quidam autor laesionem talem determinat ut in concreto necessario lethalem, ubi res sanationi faventes deficiunt, recte quidem; tamen vix ullus inde fructus enascetur.

---

1) Rusts Magazin Bd. 7. pag. 139.

Si quaestiones tres superiores ad laesionem carotidis velles adhiberi, priores duae negentur necesse est, partem primam autem questionis tertiae, utrum laesio in aetate mortui, propter defectum rerum ad sanationem necessariarum, mortem adduxerit, adfirmari oportet, qua de causa laesio haec ad laesiones per se lethales numerari debet.

Gradum periculi, vel altiorem, vel inferiorem, qui intra limites huius classis cogitari potest, medicus forensis ita constituat, ut iudicem de rei natura iisque, quae in singulis casibus fortuito accidebant, exacte et perspicue certiorem faciat.

Sic dicere possit, carotidis laesionem propter profluvium sanguinis citissime mortem adducere solere; at retardari interdum exitum lethalem syncope superveniente; vulnus carotidis haud penetrans aneurysmati oriundo, multo serius mortem adducenti, ansam praebere; mortem, si auxilium tempore commodo feratur, evitari posse, et vel has, vel illas res in praesenti exemplo adfuisse.

Haec anteponenda credidi, ut, si in sequentibus a sententiis et terminationibus scriptorum recentium forensium recedere viderer, indulgeatur. Ad rem electam ipsam iam progredior, scilicet ad exponendam dignitatem laesionum colli, lethalitatis et periculi, respectu habito.

Quo modo diversae colli laesiones, respectu periculi et lethalitatis, considerandae sunt?

In considerandis laesionibus colli, quoad periculum et lethalitatem, multae, quarum ratio habenda est, res sese offerunt, quibus perspectis eo adducimur, ut, si in individuo vivo de colli laesione iudicandum fuerit, prognosin statuamus cautam incertamque, et, si in cadavere inspicienda foret, edoceamur, quae pars laesioni, et quae aliis rebus, ad mortem adductam tribuenda sit.

a. In spatio parvo colli plura vasa maiora sanguifera maximi momenti collocata sunt, quorum laesio statim tantum sanguinis, cum impetu prorumpentis profluvium efficit, ut in plerisque exemplis 1), etiamsi laesio sanabilis sit, mors

1) Metzger (System der gerichtlichen Arzneikunde ed: Remer 1820) ubique dicit et sine exceptione; at ipse Remer in nota huic contradicit. Praeterea casus sequentes huic contentioni contrarii sunt. Hebenstreit in volumine quinto Chirurgiae Carolii Bellii, ab ipso in linguam vernaculam versae commemorat, in

sanguinis profluvium prius excipiat, quam auxilium afferri potest.

b. Magna colli mobilitas saepe ansam praebet, ut, quod iam cessaverat, profluvium iterum revocetur, atque colli laesiones in genere difficiliores sint sanatu, quam in aliis partibus.

Etsi caput satis figatur, tamen aegrotum respirare, tussire, sternuere, deglutire, interdum etiam vomere oportet, quibus omnibus fientibus collum plus minusve percutitur et movetur. Praecipue permagna tracheae irritabilitas 1) causam offert, ut vehementiores actiones organorum respirationis provocentur; quid quod et inflammatione superveniente efficitur, ut levior quoque res, ubi au-

---

exstirpatione tumoris cuiusdam aegrotus sanabatur. Samuel Cooper (Handbuch der Chirurgie pag. 191 et seq: sub titulo areurysmatis) duo affert exempla carotidis fortuito vulneratae atque feliciter subligatae. Idem (in volumine tertio libri eiusdem p. 272 sub titulo tracheae) alterum exemplum profert, ubi carotis simul cum omnibus truncis capitalibus vulnere lacero laesa fuit, tamen, ut subligaretur, idoneum tempus exstitit. Richter (Anfangsgründe der Chirurgie Volumen 4. Pag. 173. Hencke Lehrbuch der gerichtlichen Medicin pag. 253.) Praeterea huc sunt referenda exempla lipothymiae laesioni citius supervenientis.

1) Richters Anfangsgründe der Chirurgie 4ter Bd. pag. 176.

xilium adfuit, in deterius ruat, et in exitiosum exitum abeat 1).

c. Colli conformatio talis est, ut pus inter musculos 2), ad ipsum usque pectoris cavum 3) facile perveniat et subsidat, unde, etiamsi levis laesio aderat, periculi maior gradus, et ipsa mors advehi potest.

d. Difficiliora colli vulnera redduntur emphysemate 4) superveniente, quod si magnum fit, graviora phaenomena 5), praecipue autem, si in pectoris cavum pervenit, suffocationis mortem inducere valet 6).

e. Peculiaris, quae exstat inter collum eiusque partes constituentes et cerebrum pulmonesque ratio, praecipua consideratione digna est. Compressionem enim, exempli gratia, quae in alio loco sine damno fertur, hic mors per suffocationem aut apoplexiam sanguineam excipit.

---

1) Rusts Beobachtung über Wunden der Luft und Speiseröhre pag. 16.
2) Metzgers System von Remer pag. 156.
3) Richters Anfansgründe der Wundarzneikunde 4. Bd.
4) Richters Anfangsgründe der Wundarzneikunde 1. Bd. pag. 450.
5) l. c. pag. 452.
6) Kritische Iahrbücher der Staatsarzneikunde von Knape und Hecker 1. Bd. pag. 267.

f. Cum vulnerationes sine dubio laesiones sint colli, quae frequentissime occurrunt, harum singulae species quoad periculum accuratius examinentur, dignae sunt. Inter has, ceteris paribus, vulnera sclopetaria 1), ut quae saepe cum substantiae iactura coniuncta sunt, et tensione et quassatione partium 2) vitam imminuunt, atque cum plurium colli partium laesione incedere consueverunt, periculosissima habentur.

In utraque vulneris specie, tam laesionibus quassatis, tam torquatis 3) nulla reunio impetrari potest; sanatio praeterea est diuturna, et plurimis rebus difficillimis supra commemoratis obnoxia.

Vulnera puncta, si profundiora sunt 4), facile periculum et mortem adtrahunt, quoniam haud facile, quaenam pars laesa sit, agnoscatur, quoniam propter angustiam accumulando puri et emphysemati oriundo ansam praebeant, et per

---

1) Richters Anfangsgründe der Chirurgie 1. Bd. p. 140. und 189.
Metzgers System von Remer pag. 161.

2) Samuel Cooper Handbuch der Chirurgie 3. Bd. pag. 279.

3) Samuel Cooper Handb. der Chirurgie 3. Bd. sub trachea.

4) Metzigers System von Remer. pag. 157.

primam intentionem fere nunquam sanari possint.

Tamen exstant exempla vulnerum collum transverse transfodientium, quin ulla pars nobilior laederetur 1). Vulnera, caedendo facta, propter quassationem difficiliora sunt sanatu, quam vulnera scissa; utraque tamen periculi expertia sunt, si in organis haud gravioribus facta sint, quamquam et haec absolute lethalia fieri possunt, si pluria organa nobiliora simul destruunt.

Vulnera puncta caesaque pro loco, quem tenent et directione, exactius inspicienda sunt, quoniam inde cognoscimus, utrum mortuus vitam suicidio perdiderit, nec ne.

In vulneribus in genere, praecipue autem scissis colli, magnum interest scire, in quo situ vulneratus laesionem exceperit, cum solum hinc saepe cognoscere liceat, quomodo fieri potuerit, ut haec pars gravissime laederetur, dum illa, vulnerationi proxime sita, integra evaserit. Rustius 2) e. g. animadvertit, tracheam et oesophagum in suicidis saepe transectos esse, quin partes vicinae et vasa sanguifera laesa sint, id quod

1) Metzgers System der gerichtlichen Arzneikunde von Remer pag. 156.

2) Rusts Beocachtengzn über dic Wunden der Luft u. Speiseröhre pag. 17.

difficilius intelligitur, si conformatio colli anatomica inspicitur. At dilucidabitur hoc phaenomenon, ubi haud negligis, interfectorum, ne deficeret, caput retrorsum vertisse, et collum versus cultrum inclinavisse, unde fit, ut oesophagus et trachea magis promineant, vasa autem sanguifera in utroque latere recedant. Contrarium evenit, si caput, durante laesione, valdopere antrorsum est inclinatum.

Tandem conditio mentis in aegroto observanda est, quippe quae vel in genere deprimat vel curationi obstet, dum contraria aegrotus molitur, avellendo v. c. a vulnere deligationem munientem et talia. Ipsa denique, si quae erat, curatio est respicienda, prout vel apta erat instituta, vel minus rei respondebat.

Rerum modo propositarum conditio et, ut ita dicam, dignitas, in casu praesenti, accurata cuiusvis rationis, quae diversissimos in individuo modos inire potest, consideratione, determinari decet. Haec vero diversitates admittit plurimas.

Praemissis praemittendis, ad rem primariam thematis mei, ad expositionem gradus, periculi et lethalitatis progredior, quem laesiones singularum partium colli, aeque ac diversi harum laesionum modi et coniunctiones comitantur.

Pleraeque colli partes laesionibus periculo-

sissimis affici possunt 1); huc praecipue pertinent colli septem vertebrae cum medulla spinali, ab illis circumdata, oesophagus, trachea cum larynge, arteriae et venae vertebrales, arteriae carotides et eius ramificationes, venae iugulares, nervi vagi, sympathici, phrenici et accessorii; minoris momenti habendae sunt glandularum in collo sitarum, musculorum cutisque laesiones, quamquam et hae perscrutationi forensi saepius subiiciantur. Laesiones, medullam spinalem colli offendentes, sicuti vulnera et contusiones, ex autoritate vix non omnium scriptorum, si exemplis, ab iis allatis, fides habenda est, absolute sunt lethales, et mortem eo citius advehunt, quo locus laesus cerebro vicinior situs est.

Forsan haud alienum putatur, afferre, quae sit cel. Hunteri de hominibus, quorum medulla spinalis, in inferiori parte vulnerata, post aliquot

---

1) Plouquet commentarius medicus. pag. 115.
Albrecht v. Haller Vorlesungen über die gerichtliche Arzneikunde. 2. Band. I. Theil. p. 418.
Richter Anfangsgründe der Wundarzneikunde. 4. Bd. p. 173.
Hebenstreit. Anthropologia forensis. p. 467.
Hencke Lehrbuch der gerichtlichen Medicin. Berlin 1819. p. 249.
Metzgers System von Remer. p. 153—54.

demum dies mortem adduxit, sententia. Scilicet credebat 1), animalia, quorum medulla spinalis in parte superiori vulneratur, non solum ex laesione mortem obire, sed, quoniam tali laesione nervi musculorum respirationis destruuntur et inde suspensorum conditionem subeunt. Si medulla spinalis secatur in parte colli inferiori, adhuc nervi phrenici salvi supersunt, et animalia ope diaphragmatis respirare possunt. In ipsis quoque hominibus re vera idem se observasse, asserit; vixisse enim aegrotos per nonnullos adhuc dies et ope diaphragmatis respiravisse, si collo fracto medulla in inferiori parte laesa fuit; at laesionem in superiori parte medullae spinalis mortem citissime adduxisse. Idem pericula, a Cruikshankio hac ratione instituta, probare videntur 2).

Hisce vel magis elucet, vertebrarum colli fracturas 3) insigniores et luxulationes 4) completas absolute lethales habendas esse, idque praeci-

---

1) Reils Archiv fur die Physiologie. Bd. 2. p. 67.
2) Reils Archiv für die Psysiologie. Bd. 2. Versuche über die Nerven von William Cruikshank. p. 57 bis 71.
3) Aufsätze und Beobachtungeu von Pyl.
4) Metzgers System der gerichtlichen Arzneikunde von Remer. p. 154.
Hencke Lehrbuch der gerichtl. Arzneik. p. 249.

pue ea propter, quod quassatio magna et forsan vulneratio medullae ipsius non evitari possit 1).

Exempla quidem exstant, quae probant, vertebras colli luxatas repositas esse 2); tamen luxationes incompletae videntur fuisse, cum experientia vertebrarum ex toto luxatarum vix non semper contrarium probet.

Compressio medullae spinalis colli aut statim, quod in luxationibus completis vertebrarum colli videmus, aut si levior est, post aliquot tempus vitam exstinguunt. Et paralysis compressionem sequi potest, ultra causam sublatam persistens. Quare si humores maiori quantitate egressi in canali vertebrarum adsunt, qui haud removeri possunt, deficiente vel latente alia mortis causa, in concreto necessario pro mortis causa putari debent, ideoque illae laesiones, absolute lethales sunt habendae.

Hae laesiones per se non lethales essent, si nullae complicationes et sequelae adessent, sed haud cogitari potest, vim externam, quae fissu-

---

1) Ludwig institutiones med. forens. p. 112. §. 290.

2) Salzburger medic. chirurgische Zeitungen. 3. Bd. 1813. p. 124.

Ehrlich chirurgische Beobachtungen. Leipzig. 1815. p. 199.

ram vertebrarum colli, aut ruptionem tunicarum provocari valebat, non simul commotiones cerebri aut medullae spinalis, luxationes, extravasationes etc. afferre. Vertebrarum colli subluxationes, id quod permulta exempla 1) probant, celerius reponi possunt, ita ut ex toto laesio auferatur, unde ad laesiones per se lethales hasce referre liceret; nihilominus tamen Remer propter medullae spinalis contusionem, eas concomitantem absolute lethales existimat, nisi repositio statim fiat, aut ubi luxatio incompleta in completam abeat. Haud dissentit ab eo Bell. Saepius simul extravasatum in canali vertebrali adest 2), unde periculum et vitae discrimen augeri potest.

Ad colli luxationes et referri possunt exempla, ubi in infantibus, per caput elevatis 3) atque ex alapa 4) mors adducitur, quamquam et com-

---

1) Syllins und Schmuckers vermischte chirurgische Schriften. Bd 1. p. 284.
Rust in Salzb. medic. chirurg. Zeitungen. Bd. 3. 1813. p. 124.
Metzgers System von Remer. p. 155.
Ehrlich chirurgische Beobachtungen. Leipzig 1815. p. 199.

2) Kleins, Hufelands und Harles Journal der praktischen Heilkunde. 1816. 11. Stück. p. 31 seq.

3) Bernstein Verrenkungen und Beinbrüche. 2 Ausgabe. p. 81.

4) Büttner Unterricht von der Tödtlichkeit der Wunden. p. 109.

motio et extravasatum tum in his mortis causa haberi possit.

In suspensis vertebrarum colli luxatio Remerio signum est vis externae; at luxatio sine dubio vertebrarum colli etiam tum oriretur, si homo, in scalam adscendens, chorda, elevatiori loco affixa, collum circumdaret et desiliret; et vice versa, non omnis suicida est putandus, ubi luxatio deest. Medullae commotiones spinalis autore Metzger 1) absolute lethales sunt, qua de re in eius libro exempla plura collecta sunt.

Henke stat opinioni 2), eas immediate lethales fieri posse. Ubi tanta vis externa in hominem irruit, ut pro natura sua medullae spinalis commotionem evocet; mors post eam secuta, absente alia causa insigni et concomitante, ex commotione ipsa derivari debet, ideoque talis laesio absolute lethalis habenda.

Processuum dislocationes spinosorum non periculosae, tamen, si repositio non fieri potest, callus luxurians, indeque deformitas et obstipitas anchylotica oriri possunt; praeterea si suppuratio

---

1) Metzgers System der gerichtlichen Arzneikunde. 1819. p. 153 — 54.

2) Hencke Lehrruch der gerichtlichen Arzneikunde, p. 249. §. 374.

supervenit, ope oncotomiae et remediis aptis adhibitis levamen adduci potest 1).

Suadet adeo Bell, si, vertebris laesis, phaenomena instrent, quae pressionem in medullam spinalem indicent, locum nudare et ossium frustula, quae forsan adesse possint, elevare, ut compressionis lethali in medullam spinalem effectui praecaveatur; tamen periculum frustra saepe institui, non tacet. Affert exemplum globi sclopetarii vertebrae substantiam transfodientis, qui paralyseos ortae causa accusabatur, quo vero extracto aegrotus perfectissime sanabatur. In iudicando de hisce laesionibus vertebrarum colli, morbi locales, qui antea iam adfuerant, valde respiciendi sunt.

In collo obstipo e. g., quod per longum tempus iam perdurabat, obliqua vertebrarum positio et earum forma morbose mutata luxationi fienti favere potest 2).

Fracturae et luxationes facilius oriuntur, ubi gradus quidam spondylarthrocaces 3) adfuit. Hisce rebus, in individuo ipso positis, laesio

---

1) Bernstein Verrenkungen und Beinbrüche. 2. Ausgabe p. 343.

2) Rusts Arthrokakologie. p. 71.

3) Hebenstreits Uebersetzung von Bells Chirurgie. 4. Bd. p. 516.

accuratius determinatur. Plouquet 1) de laesionibus medullae spinalis: „Generalis, inquit, hic iterum recurrit regula, si nempe post talem laesionem omnia artis auxilia frustra exhausta fuerunt, laesio erat necessario — lethalis," quo cum etiam collimat de Haller 2).

Tamen iudicium semper erit dubium, ubi mors post longius demum tempus laesionem secuta est, ubi pus effusum, aut gangrena inveniuntur.

Vulnera partis oesophagi, in collo positae, per se rarissime occurrunt; tamen, cuius rei exemplum legere est apud Remer 3), vi pungente, a latere urgente, adduci possunt. Vulnera oesophagi longitudinalia et puncta non sunt lethalia, vel hoc tantummodo per accidens fit, id quod oesophagotomia, cum prospero eventu instituta, satis superque probat 4). Minime tamen tacendum est, hoc genus vulnera interdum in fistulas et stricturas insanabiles abire. Totalis oesophagi perscisio lethalis aestimatur, propterea quod sine complicatione vix cogitari possit, atque propter

---

1) Plouquet Commentarius medicus. p. 116.

2) v. Haller Vorlesungen über gerichtliche Arzneikunde. 1. Theil. p. 418.

3) Metzgers System der gerichtlichen Arzneikunde von Remer. p. 161.

4) Ludwig Institutiones med. for. p. 113. §. 293.

partem inferiorem altius recedentem, nequeant sanari.

Vulnera haecce aeque ac transversalia oesophagi periculosiora vix occurrunt, nisi cum ipsa trachea percisa; quare aptum videtur, de hisce agere, ubi de tracheae laesionibus sermo fiet. Perscisio tracheae et oesophagi 1) totalis absolute lethalis est, quoniam propter recessum partis inferioris oesophagi reunio perfici nequit. Quod a Rustio narratur exemplum, totalem tracheae et oesophagi perscisionem, illaesis vasis maiioribus, saltem capiti vicinam, adesse posse, et mortem non tam celere, quam exspectare licebat (per decem dies aegrotus vitam protrahebat), secutam esse, extra omnem dubitationis aleam ponit.

Rust 2) quidem adiicit, forsan fieri potuisse, ut aegrotus conservaretur, tamen est medici forensis, ut ultra exempla, experientia probata, non transgrediatur.

Perscisio tracheae totalis, ubi simul oesophagus, vel ad dimidiam, vel ad duas tertias partes totius circumferentiae incisus est, quamquam pe-

---

1) Metzgers System der gerichtlichen Arzneikunde von Remer. p. 160.
Rusts Beobachtungen über Wunden der Luft- und Speiseröhre p. 16.

2) Rusts Beobachtungen über die Wunden der Luft- und Speiseröhre. Wien 1815. p. 5.

riculosissima, tamen sanabilis 1) est; cuius rei permulta exstant exempla.

Duo Rust affert; in altero vulnus inter cartilaginem cricoideam et thyreoideam factum erat, in altero cartilago thyreoidea oblique fissa apparebat.

Ex dictis elucet, laesionem supra descriptam per se lethalem aestimandam esse.

Perscisio tracheae totalis, integro oesophago, itidem periculosa est, tamen nunquam celeriter lethalis 2), et ad praesentem chirurgiae conditionem, ubi sine complicationibus incedit, per accidens lethalis dicenda est, propterea quod ad exceptiones referenda sunt exempla huius laesionis haud sanatae. Quae Rust affert, hoc probare videntur. Incisiones in tracheam leviores, sicut vulnera per ictum effecta, plerumque sine perirulo sunt et facile sanantur 3).

Vulnera faciei anterioris tracheae cum iactura substantiae, per globos facta, Richterio affirmante 4), sanantur, quid quod autore Ravaton ipsa superstite voce.

---

1) Metzgers System von Remer. p. 160.
2) Metzgers System von Remer. p. 160.
3) Richters Anfangsgründe der Wundarzneikunde. Bd. 4. p. 175.
4) Richters Anfangsgründe. Bd. 4. p. 175.

Attamen in laesionibus tracheae et laryngis, per se sanabilibus, per suffocationem mors adduci potest, si sanguis ex vasis dissectis effusus in tracheam apertam effunditur 1). Huc pertinet casus mirabilis, ubi larynx gladii ictu in eo loco vulnerata erat, quem arteria laryngea transgreditur; quae, simul vulnerata, sanguinem effundebat in cavum laryngis, unde, suffocatione oborta, statim vita exstincta est.

Laryngis vulnera, neutiquam periculi expertia, haud facile sanantur, quoniam larynx valde mobilis est, saepe cum laesione arteriae thyreoideae coniunguntur, et ideo loquela plus minusve imperfecta redditur 2). In genere omnis laesio tracheae per longius aut brevius tempus raucedinem relinquit.

Difficultas in vulneribus oesophagi et tracheae sanandis 3), et morbi inde sequentes, omissis complicationibus et permagna harum partium irritabilitate, praeprimis nituntur in marginum vulnerum reversione 4), quae interdum reunioni obstat, in cicatricibus spongiosis cras-

---

1) Memoires de l'academie de Chirurgie de Paris. Tom. I. p. 578.

2 Metzgers System von Remer. p. 159.

3) Hebenstreit Uebersetzung von Bells Lehrbegriff der Wundarzneikunde 7. Th. p. 30.

4) Richter Anfangsgründe der Wundarzneikunde. p. 715.

sisque fientibus, stricturis et excrescentiis spongiosis, quibus deglutitio et respiratio difficilior fit, ita ut aegrotus suffocari adeo possit.

Ossis hyoidei fracturae, quas nullae complicationes concomitantur, apte curatae, sanabiles sunt; tamen tumor inflammatorius, qui neutiquam evitari potest, respirationem difficiliorem reddit.

Mágnum instat periculum, si cartilago thyreoidea et cricoidea fractae sunt, et in plerisque casibus per brevius tempus, id quod multa exempla probant, mors eas sequitur. Cum autem suffocationis, quae in hisce causam mortis praebet, tracheotomiae et venaesectionum largarum ope, periculo praecaveri possit, et haec laesio per se lethalis habenda foret. 1)

Aptum videtur, in hisce laesionibus compressionum et sugillationum, quae vel chorda, vel pollice et pluribus digitis constringentibus oriri possint, mentionem facere, quippe quae in suspensis et strangulatis repertae, ad exactam tracheae perscrutationem provocare debent, cum illa compressoria, per id saltem, dum agunt, tempus,

---

1) Pyls Aufsätze und Beobachtungen.
Horn's Archiv für medicinische Erfahrungen. 1810. B. 1. H. 1. p. 62.

clinationem, et ipsas adeo fracturas manifestas irum partium efficiunt 1).

Corpora perigrina in tracheam delapsa, itidem ortem per suffocationem adducere possunt 2); men lethalitatis gradus haud facile determinanas est, quoniam haec corpora tusse eiici, aut pe tracheotomiae removeri possunt.

Si corpus perigrinum ob indolem longitudialem glottidem quidem permeat, in ipsa vero achea transversum infigitur 3), ibi tenetur, aut sorptione fluidarum ad tantam molem augetur, t ne tussi quidem oborta per glottidem eiici ossit, statum induceret per se lethalem iudicanım. Interdum haec corpora perigrina in ramos inores bronchiales penetrant, unde pulmones ppuratione exeduntur, et vel citius vel tardius erto extinguitur vita. Huius rei exemplum a oopero asservatur 4).

Corpori perigrina in oesophago inhaerentia m solummodo in discrimen vitam vocare posmt, si permagni voluminis sunt, aut si facto tuore tracheam a tergo comprimunt, et respirationi

) Metzgers System von Remer. p. 224.
) l. c. p. 243.
) Memoires de l'academie de Chirurgie de Paris. Tom. 1. p. 583.
) Samuel Cooper Handbuch der Chirurgie. 3. B. p. 6.

impedimento sunt; tamen et in his oesophagotomia 1), vel tracheotomia 2) opem ferre potest. Praeterea neque prius neque ulterius exemplum quaestioni criminali facile subditum erit.

Ad corpora perigrina, quae oesophago et tracheae damnum afferre possunt, etiam fluida pertinent, quae, durante somno, flagitioso consilio in oesophagum infunduntur, e. g. fluida corrosiva, oleum fervens, adeps et metalla fluida. Hae affectiones eo magis absolute lethales sunt, cum non solum via chemica destruant, sed etiam suffocando agant. Arteriae vertebralis laesiones absolute lethales sunt, propterea quod locum aggredi nequeamus, neque contingat arti, vel ligatura, vel compressione adhibita, sanguinis profluvio lethifero praecavere et resistere.

Truncus anonymus quidem subligatus est; at res adhuc anceps haeret. Ipse enim Graefe, ligaturam imponentem mirabundum intuebar, aegrotus vero operatione peracta post aliquod tempus mortuus est. Quoad laesionem venae

---

1) Samuel Cooper Handb. d. Chir. B. 3. p. 6.
Eiusdem p. 2.

2) Hencke Lehrb. d. gerichtl. Arzneik. p. 254.
Richters Anfangsg. d. Wundarzneik. p. 172. §. 256.
Ludwig Institutiones med. forens. p. 201.
Plouquet commeut. med. p. 132. §. 37. 39.

ertebrālis autores tacere videntur, nec ullum uius exemplum asservatum est. Cum vero eun-em, quem arteria cursum teneat 1), ideoque emedia neutiquam applicari possint, itidem eius aesio insignior et perscisio totalis absolute letha-s habenda erit.

Trunci communis utriusque carotidis si-ut carotidis cerebralis offensiones haud absolute ethales habere possumus, quoniam exempla ad-unt, prospero eventu subligationes horum vaso-um, superstite vita, factas esse 2).

Anonyma adeo, quod supra iam dictum, su-ligata est, et quamquam aegrotus mortem obie-it, tamen plures dies post operationem peractam dhuc vitam degit, et pulsus post operationem nimadvertere licuit.

Plerumque tamen in casibus singulis absolute ethales fiunt, quoniam tantum sanguinis proflu-iam exstet, ut vita evanescat, antequam exacte nedica auxilia petere licet.

---

1) Hildebrand Anatomie. §. 2668.

2) Samuel Cooper Handb. d. Chir. 1. B. p. 191. 3. B. pag. 279.
Medicinisch - chirur. Abhandl. der med. - chir. Ge-sesllschaft in London, übers. von Osann, Berlin 1811.
Hufelands Journal 1814. 3. St. p. 38.
Medicinisch-chirurg. Zeitungen 1817. No. 18. p. 276.
Salzburger medicinisch - chirurg. Zeitungen. 1815. No. 42. p. 272.

Remer 1) talem periculi gradum nuncupat lethalitatem absolutam individualem; tamen vero sanguinis profluvii origo, et quae inde sequuntur, minus in peculiari hominis laesi natura, quam in aliis conditionibus, quae mutari non poterant, inniti videntur. Quodsi vero tempus sufficisset, ut opem medicus advocatus ferre potuisset, auxilium sive neglectum a praesentibus, sive repudiatum a laeso, laesionem constitueret tanquam lethalem per se.

Huc pertinent exempla, ubi arteria in superficie adtacta degenerationem aneurysmaticam subit, quod exempla probant, aut ubi in laesione horum vasorum insigni syncope interveniens, vel alia quaedam conditio sanguinis profluvium sistat, et ad subligandam arteriam tempus vindicet; qua de re confer Abernethy 2).

Id quod de carotide dictum est, etiam ad venam iugularem adhibendum est, tamen eius laesio iuxta foramen iugulare absolute lethalis est, quoniam neqne subligationis nec compressionis causa locus accedi, neque alio modo salus afferri potest.

In genere ex venarum maiorum laesione

1) Metzgers System der gerichtl. Arzneik. v. Remer, pag. 156.

2) Samuel Cooper Handb. d. Chirurg. B. 1. p. 191.

ravius periculum imminere, confidendum foret, i Hodgsonii sententia, a Coopero 1) sufulta, experientia medicorum plurium probaetur, sententia enim: intimam venarum memranam ad inflammationem concipiendam, esse ronam, fieri talem inflammationem saepissime x vulnere venis afflicto et ex ligatura imposita, ropagari super totum vasis truncum, abire in uppurationem, et excitare febrem, typho similliaam.

Cooper adhuc adiicit, ligaturae adhibitionem a venis neutiquam periculo et sequelis exitialius vacare. Id quod exemplo probat.

Carotidis externae laesiones solummodo per e lethales sunt, quoniam medico et procul abente sanguinis profluvium compressione retarari et sic aegrotus morti eripi potest.

Huc exemplum carotidis pertinet laesae, quae n adiuncto ducis Berthier eveniebat, et a Larrey narratur; sanguinis profluvium statim, cum onmilito digito vulnus comprimebat, desiit, et aesus deinde sanatus evadit 2).

Arteriae maxillaris internae laesiones Hallero 3)

---

1) l. c. B. 3. p. 425—426.
2) Kopps Jahrb. d. Staatsarzneik. 6. Jahrg. p. 362.
3) Holler. Vorlesungen Bd. II Th. I pag. 426.

et Henckio 1) sunt absolute lethales; quoniam ad eam haud perveniri posse putabant. Cum interea carotis facialis, ex qua oritur, comprimi et subligari possit, haec laesio solummodo per se lethalis foret; facultati medicae Halarum Saxonum mitius adeo de hac arteriae maxillaris internae laesione iudicandum est visum, quod apud Hallerum.

Arteriae thyreoideae inferiores et superiores läesae subligari possunt; tamen haec laesio maximo periculo non vacua est, sic ut ipsa mors cito sequatur, scilicet ubi glandulae thyreoideae status morbosus, quo vasa extendebantur, antecedebat 2)

De laesionibus nervorum in collo sitorum Ludwig (v. l. c.) „nervi, inquit, maiores, intercostales et par vagum per collum deducti, cum ad vitales corporis actiones praestandas concurrunt, et naturales quoque ad vitam summe necessarias functiones efficiant, absolute lethali vulnere laeduntur. De phrenico nervo, ob progressum ad diaphragma, quod respirationis actionem dirigit, simili ratione iudicari debet. Plexus quoque nervorum ex spinalibus colli ad brachium de-

1) Hencke Lehrbuch der gerichtlichen Arzneikunde pag. 254.

2) Richters Anfangsgründe der Wundarzneikunde Bd. 4 pag 29.

luctus, non sine lethali eventu vulneratur, cum iis vulneribus spacelus certo superveniat.“ 1)

Consentiunt hac de re in genere autores vel clarissimi, nervorum laesionibus periculi et lethalitatis gradum altiorem tribuentes. 2) Quid quod Hencke et Metzger has laesiones absolute lethales aestimant. Certos vero gradus determinare, ea de causa hucusque haud potest fieri, quoniam huius rei experientiae et exempla desunt; quoniam nervorum laesiones fere nunquam sine complicationibus insignibus occurrunt, et in nullo laesionum genere individualis offensi indoles tantam vim exhibet adeo varia, et modificata esse videtur, quam in hacce. Ex dignitate, quae nervo sympathico in microcosmo humano tribuenda est, arguere licet, ipsius laesiones vel gradum periculi maximum comitari, idque experimenta in bestiis instituta, ab Hallero 3) commemorata, satis pro-

---

1) Ludwig. Institutiones Medicinae forensis. Lipsiae 1765. §. 292.

2) Metzger System von Remer pag. 458.
Richter. Anfangsgründe der Wundarzneikunst pag. 173.
Plouquet Comment. Med. pag. 119.
Hencke Lehrbuch der gerichtlichen Arzneikunde pag. 250.

3) Haller. Vorlesungen über gerichtliche Medicin Bd. II. pag. 421.

bant. Idem de nervo vago dicendum est, si eius truncus inflictus est.

Secundum experimenta Cruikshankio instituta, (v. l. cit.) perscisionem paris ootavi in latere dextro virium deiectio et oculi sinistri inflammatio, respiratio difficilis et proclivitas ad somnum sequitur.

Praeterlapsis octo diebus animal sanitate recuperata gaudebat. Aliud experimentum, ubi nervi vagi pars excisa erat, sub phaenomenis similibus mortem animalis adtraxit. Sectione facta omnia organa, exceptis pulmonibus sanguine liberatis, integra et pars nervi excisa restituta inventa sunt.

Nervorum reproductionem perfectam re vera existere, elucere videtur ex experimentis viror. clar. Haighton, Fontana, Michaelis, Monro, Meyer, quae in libro Meckelii anatomico exactius et fusius illustrantur. 1)

Exemplum mirabilissimum trunci nervi vagi in latere sinistro ad dimidium perscisi, integris vasis, in diariis criticis anthropologiae forensis, a beat: Hecker et ill. Knape editis idque in voluminis secundi parte prima, pag. 174. videri licet.

Reils Archiv Bd. 2. pag. 59 — 61.

1) Meckels Handbuch der menschlichen Anatomie Bd. I. pag. 347 et seq.

Laesis nervi vagi ramis minus periculi urget; at non negligendum est, laesionem nervi recurrentis in specie aphoniam excipere solere 1).

Secundum experimenta ab Physiologicis facta cuniculi post septem horas, gallinae et columbae post sex et septem dies inde a sectione utriusque nervi recurrentis exspirabant; ubi solummodo unus persectus erat, animal ultra vixit.

Hencke, Wildberg et Remer aestimant, perscisionem nervi phrenici eiusdem, nervi hypoglossi et accessorii Willisii atque plexus brachialis minoris vero esse periculi; at a nervi phrenici perscisione in utroque latere mortem nunquam procul abesse, quare absolute lethalis sit.

Symptomata graviora in genere, quae in nervorum laesionibus minoris momenti occurrunt, respicienda sunt, ut quae in hominibus, magna irritabilitate praeditis, mortem adeo adducere possunt.

Vulnera glandularum in collo sitarum, sicut in omnibus glandulosis partibus, haud facile sanantur, et interdum in ulcera spongiosa degenerant, quae per longius demum temporis spatium cica-

---

1) Richters Anfangsgründe der Wundarzneikunst Bd. 4. pag. 173.
Rusts Beobachtungen über die Wunden der Luft- und Speiseröhren. pag. 11.

tricem formant 1). Cicatrices saepe magnae et deformatae remanent Ex compressione permagna partium glandulosarum interdum scirrhus oboritur.

Laesiones musculorum maiores, ob partes vicinas nobiliores et infiltrationem, ansam praebere possunt fienti suppurationi largae adeoque periculosae, immobilitati capitis, partiali obstipitati.

Laesiones cutis maiores interdum cicatrices offendentes relinqunt; Richter 2) aestimat, per has cicatrices nonnunquam cutem in uno latere contrahi, indeque collum obstipum gigni.

Omnes hi casus perscrutationi legali ansam dare possunt, cum propter formam laesam causa movetur.

Graduum contemplatio diversorum, in respectu periculi et lethalitatis adhuc remanet eorum, qui oriuntur, si laesiones, hucusque sigillatim tractatae, et compositae et complicatae adsunt.

Multifarias has complicationes, quae cogitari possunt, perscrutari forsitan, deceret, sed hoc ultra limites meos situm est, et suffecisse mihi videor, axiomatum generalium, quae concretos casus diiudicandos docent, mentionem fecisse.

Huc pertinent, quod supra fusius exposui,

---

1) Bells Lehrbegriff der Wundarzneikunst. Bd. 4. p. 11.
2) Richters Anfangsgründe der Wundarzneikunde. Bd. 4. pag. 257.

onsideratio rerum, quae spectant ad laesum, modi ıesionis, numeri et dignitatis organorum laeorum, horum indolis peculiaris, curationis, seuelarum, phaenomenorum etc. etc.

Sicubi plures simul partes graviori laesione exantur, etiam vitae periculum augetur; tamen ı multis exemplis non solum ad numerum, sed tiam pro gradu evehetur periculum. Si e. g. in ıesione carotidis unius, quae ope ligaturae sanari ossit, vita servatur, utriusque tamen carotidis ıesio procul a dubio mortem adducet.

Tamen et hoc evenire potest, ut laesio laeioni superveniens et accedens, huic sit levamini. i e. g. cartilago thyreoidea alicui frangitur, uffocationi, quae hanc sequi solet, si simul incionem tracheae suscipere contingat, occurritur.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

BEROLINENSIS

ADIECTUM.

Ego Carolus Ferdinandus Tschierschki, Liegnitii, oppido Silesiae inferioris natus sum die XIX. Martii MDCCXCVI. Litteris, quae studium academicum praegredi solent, imbuto mihi contigit, ut mense Maio a. MDCCCXIII in numerum musis addictorum Instituti Friderico-Guilelmiani medico-chirurgici reciperer. Per septem semestria his praeceptorum Ill. praelectionibus interfui: Beatum Kiesewetter audivi de Logice, Ethice atque Psychologia; Ill. Lichtenstein de Zoologia, Ill. Knape de Osteologia, Syndesmologia, Anatomia

ractica et medicina forensi; Ill. Rudolphi de Bo-anice, Anatomica, Physiologia; Oel. Turte de 'hysice, Chemia et Pharmacia; Cel. Fr. Hufeland e Semiologia, Pathologia generali et Therapia peciali; Gener. de Könen de Physiologia et ma-eria medica; Cel. Kluge de Chirurgia generali et rte obstetricia; Ill. Horn de Pathologia speciali; ll. Graefe de Chirurgia speciali et Akiurgia; Beat. Aursinna de operationibus chirurgicis; Ill. Ch. W. Iufeland de Therapia speciali; Ill. Rust et Kluge e Akiurgia, neque abfui ab exercitationibus cli-icis, dubibus Ill. Hufeland, Ill. Horn et Ill. Jeumann.

Studio academico finitio, in nosocomio ca-itatis per annum medicinam feci; deinde chi-urgi militaris in quadam cohorte equestri partes gi.

Berolinum M. Octobre MDCCCXX redux, de-uo litteris incubui, ibique, quae quisque medico-hirurgus absolvat necesse est, a. MDCCCXX—XXI omnia rite absolvi examina.

Ab anno, et quod excurrit, nunc medico-chirur-i fungor munere in legione praetoriana pedestri.

Tentamine et examine rigoroso rite absolutis, ratiosam Facultatem medicam, dissertatione hac ublice defensa, summos in utraque medicina ho-ores in me collaturam esse, confido.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Inter arthritidem et rheumatismum differentiam essentialem existere, nego.

II.

Proctocystitomia aliis lithotomiae methodis postponenda.

III.

Theorema illud, infantem neonatum syphilide correptum, potius morbo hereditario, quam acquisito laborare, falsum.